

FA
2

A

B

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q



FK 127
22

*De ordine Societatis crucis Venerationis
ab Eleonora Ferdin. III. Imp. conjugis
fundata.*

II m
640

A. D. A. M.

XVI.

Ad

**SOCIATAM
CRUCIS
VENERATIONEM,**

Vulgo

Die

Verreinigte Kreuzes-Verehrung,

Aliquot Declamationibus Scholasticis ipso die, qui huic so-
cietati sacer est et statutus, dictus etiam nobis

A

CHARITATE,

Hora à meridie II. conelabrandam,

Per illustres Aulae Proceres, maxime Venerandos rei Scho-
lasticae Curatores, Antistites rerum Sacrarum perreuerendos et
quotquot Crucis amore spirant,


demissa et humanissima, qua fieri potest, com-
pellatione corrogat

CHRISTIANVS FRIDERICVS VVILISCH,

Illustris Gymnasii FRIDERICIANI Director,

ALTENBURGI,

Exculpfit Io. Ludov. Richter, Duc. Aul. Typogr.





כ"ש

N

On crucem, lignum quippe iam diu teredinum moribus haud dubie contritum, ac vetustatis carie post tot seculorum intercapedinem putrefactum, non crucem hanc, inquam, sed qui cruci quondam adfixus, pro totius generis humani peccatis poenam luit atrocissimam, colimus nunc, quam sanctissima mentis religione fieri potest, et deuotissime deueneramur. Laudamus tamen et pia mente recolimus in re praesenti, SOCIATAM illam

CRUCIS VENERATIONEM, cuius auctor piissima fuit ELEONORA, FERDINANDI III. Imp. Rom. conjux. Quum enim *Viennae* a. C. 1668, die Febr. decimo tertio, miserando incendio corripere regia illius, splendidissime non multum ante *castrata*, omnisque iupeuex, quanta quanta etiam ipsi erat, in cinerem redigeretur, ruderibus tamen postmodum et fauillis eruta fuisse dicitur crux quaedam, ex auro confecta, cui particula aliqua aut festuca saltem sacratissimae illius crucis, qua mundi SERVATOR periit, inserta fuerat, facta omnino et ab omnibus flammaram iniuriis plane immunis. Mira sane res, si veritas eius ad liquidum vbiuis perducta est! Equidem hoc vero verius est, et extra omnem dubitationis aleam positum: Qui sanctissima hac cruce notari se patiuntur, et sub rutilante huius signo omne bellum in exoptatissimam aeternae felicitatis suae spem ac supremi NUMINIS gratiam iugiter militant, si vel maxime torrentur vitae huius aerumnis et ad viuum vsque aduruntur, non absuntur tamen vlla calamitatum flamma aut in fumum abeunt; sed obdurescunt potius ad novos subinde dolores in patientia, et stygios contra variarum tentationum ignes muniuntur. Nam diuinissimum est effatum istud, totque exemplis piorum comprobatum: *כי המדן בטרם לא יהיה*

להחכה לאתקערה כר כי אני יהיה אלוהי קרתי ישראל מושעך: Quare ipsa felicitate feliciores putandi sunt ii, qui *μη εσθλοίται ην εν ταυτοισ περιωσει προς πειρασμων αυτοις γενομενη, ως ειναι αυτοις συμβαιουσις. Αλλα καθως κοινωσι τοις ης χριστι παθημασι, και τωσιν, ηα και εν η αποκάλυψις δοξας αυτω χαρισιν αγαλλωμενοι.* Quae omnia cum et ipsa, quam supra nominauimus, Imperatrix omnium aeui clarissima, secum forsitan inter horrenda illa opum suarum incendia reputaret, opes quidem, non animum se perdidisse ra-

* Ec. XLIII. 2. 3. * I. Petr. IV. 12.

ta

ta, saluam sibi relictam esse sanctissimae crucis particulam impensis-
 sine gaudebat. Quare cum et ipsa res miraculi non nisi prae se fer-
 ret speciem, omniumque oculos in se conuerteret, digna videbatur
 piissimae Imperatrici, cui perpetuus decerneretur honor et in me-
 moriam faceretur sempiterna. Hinc ordinem solenni ritu dedi-
 cabat, viraginum excelsarum, vitae morumque sanctimonia praeceteris
 eminentissimarum, sexui sacrum, qui ab ipso Pontifice Romano,
 CLEMENTE IX. ad probatus stipatusque multa, qua adolet, in-
 dulgentiarum pompa, hoc in primis nomine insigniebatur: SOCIATA
 CRUCIS VENERATIO, cuius symbolum erat: SALUS ET GLORIA. Nisi
 plus in rubro, quod vulgo aiunt, quam in libro est, vix quicquam fore
 arbitramur, quod titulum huius societatis saluberrimae incuses, aut
 finem non adeo verum, non adeo sanctum, aut minus laudabilem
 fuisse persuadearis. Nam vnde salus hominum, vel perditissimo-
 rum quoque et in infimum quondam miseriae barathrum detruso-
 rum? Non a cruce quidem, aut a particula ista sacratissimae cru-
 cis, quae vim ignis flammarumque ardentissimarum vesaniam tu-
 to admodum et sine villo periculo experta creditur; sed ab ipso, qui
 cruce suspensus animam pro nobis efflauit innocentissimam, im-
 manes omnino cruciatus fide et constantia perpessus. In cuius glo-
 riam vero hunc ordinem fanciuit piissima Imperatrix? Non in sui
 ipsius forsitan, sed diuini Numinis et praepotentis rerum nostrarum
 arbitri gloriam. Huic omnis laus, omnis gloria. Quae cooptari in
 ordinem hunc cupiunt, tali adloquio compellantur: Accipe signum
 "cruce sanctissimae, lignum vitae, clypeum magni Regis, mysteri-
 um redemptionis nostrae, immortalitatis remedium, lignum salu-
 "berrimum, confirmationem praesentis et salutis aeternae pignus,
 in nomine Patris † et Filii † et Spiritus Sancti †. Verba sane, aet-
 ernae consolationis plenissima, si non de cruce, sed quia ad crucem
 istam actus fuit, omnia vbique intelligantur. Nam hic est vera ar-
 bor, verum et saluberrimum vitae lignum: non crux ista, sed cruci-
 fixus est clypeus, est scutum nostrum: hic, hic est mysterium redem-
 tionis nostrae: non crux, sed crucifixus est praesentissimum immor-
 talitatis remedium: non crux ista, sed crucifixus est pignus et praec-
 sentis et aeternae salutis certissimum! Hoc scimus, hoc credimus, hoc
 profitemur, in hoc saluamur. O nos felices, o nos beati! Quae
 ad sociatae nunc sunt huic ordini, clara voce, ritu solennissimae inau-
 gurationis peracto, publice praelegunt et exclamant haec verba:
 "Salue crux sanctissima, sanguinis plenissima, Dominus tecum, be-
 "nedicta es inter omnes arbores, benedicta est fruges, quae ex Te pe-
 "pendit: Mi domine Iesu, sanctissima crux, esto mihi refugium et
 "nunc et in hora mortis meae, amen! O salue nobis, salue iterum
 atque iterum, non crux, sed qui suspensus fuisti hac cruce, SAN-
 CTISSIME CHRISTE! tu solus benedictus es inter eos, qui nati sunt vn-
 quam in mundo: tu solus nobis esto refugium in tremenda illa, at
 quid tremenda? in lactissima illa mortis nostrae hora. Hic est ille
 laudatus ordo, haec SOCIATA illa CRUCIS VENERATIO, quam fufus de-
 lineauit sermone Italico P. Gio. Battista Manni, e Societate Jesu, quae

Vien.

FK Tm 640

viennae est, inscripsitque ELEONORAE, MICHAELIS, Poloniarum Regis sponſae et Filiae FERDINANDI III. Imp. Rom. vnde potiora elegantissime decerpserunt, illustre illud et aeternum verae nobilitatis decus, HENR. ANSHELMUS de ZIEGLER et KLIPPHAUSEN, in *Labyrinth der Zeit* fol. 1150. doctissimus auctor *der durchlauchtigen Welt* P. III. sect. 8. p. 38. Cl. RINCKIUS in vita LEOPOLDI M. II. p. 173. sq. et B. GRYPHVS von geist- und weltl. Ritter-Orden p. 455. Huius sacratissimae societatis et nos recordamur eo ipso die, qui à CHARITATE nobis dicitur, et quo illustres huius ordinis sociae non *Mariam Hitzingam*, vt falso haud dubie in laudati modo *Gryphii* libro legitur, sed *Mariam Kizingam*, qui locus est *Vienna* procul variis religionis Romanae sacris dicatus, ad sacra sua hoc nomine peragenda deproperare, religionis suae sacramento obstringuntur. Vnde etiam pii aliquot ex nostratibus iuuenes, vitae morumque sanctimoniam colentes, societatem velut inierunt et crucem venerari sanctissimam, hoc est, beneficia illa imensa in memoriam pie revocare susceperunt, quibus non crux illa, sed qui cruce pependit, vniuersum hominum genus hoc ipso die ma-
ctavit. Quorum.

I. CHRISTIANUS a RHODE, Zchernitio-Altenburgenſis, facto, de *Crucigerorum ordine*, orationis praefamine,

II. IO. GODOFREDUS RUGER, Schneeberga-Misn. carmine Germanico, CHRISTUM in cruce pendentem mirabuntur.

III. IO. CHRISTIANUS SEYDLITZ, Crimmitſchavio-Misn.

Magnentii Rabani Mauri de laudibus Sanctae Crucis opus, eruditione, prout inscribitur, *versu prosaque mirificum*, quod in Bibliotheca nostra *Echelastica* et *reposita* nuper iactabatur, ianna oratione auditoribus euoluere et recensere conabitur.

IV. IO. CONRADUS SCHWARTZ, Oelsnitio-Variscus, Latino Carmine Magni PANOS, in cruce misere extincti, mortem legebit.

Haec nobis erit SOCIATA CRUCIS VENERATIO, cuius neque *Mariam*, sanctissimam illam Deiperam, neque *Iosephum*, quorum vtrique tutela huius ordinis committitur, sed ipsum CHRISTUM crucifixum tutorem Patronumque eligimus, flexis genibus orantes, vt suo spiritu nostra adflet roboretque pectora, quo sanctiori mentis purgatae habitu venerari illius mortem, eamque nobis per fidem vere applicare addiscamus. At tuo quoque, Lector Honoratissime, patrocinio velificentur nobiscum optimi hi iuuenes, meque interprete et fauorem tuum constantissimum, et praesentiam, tui in ipsos amoris pignus certissimum, sibi demisse et peramanter exorant. Vale in *signo* ! P. P. ipso viridi die Anno recuperatae salutis MDCCLXXVII.



is
s,
r
8.
r
c
i-
ö
s,
r
-
-
-
-
-
-
-
e
-
-
-
a

ULB Halle 3
005 394 716



FK127
22

*In ordine Societatis crucis Venerationis
ab Eleonora Ferdin. III. Imp. conjugis
sanctata.*

II m
640

A. D. A. M.
XVI.

Ad

OCIATAM CRUCIS ERATIONEM,

Vulgo

Die

Creutzes-Verehrung,

ionibus Scholasticis ipso die, qui huic so-
er est et statutus, dictus etiam nobis

A

CHARITATE,

à meridie II. conelabrandam,

Proceres, maxime Venerandos rei Scho-

Antifites rerum Sacrarum perreuerendos et
otquot Crucis amore spirant,

humanissima, qua fieri potest, com-
pellatione corrogat

VS FRIDERICUS VVILISCH,
ymnafii FRIDERICIANI Director,

ALTENBVRGI,
t Io. Ludov. Richter, Duc. Aut. Typogr.

